Fragmentarium

tie s; diuersu in nomine. Unde ad ty-
motheum ait. Radix enim omnium ma-
lorum est auaritia. Omnium enim est capax
delictorum. ut auiditatis sue quod im-
possibile est impleat desiderium semper
bibens et semper sitiens. Non inmerito
ergo sub uno nomine utrumque malum
ostendit. pene enim uno conplentur
nomine. quia sicut ydolatria preri-
dum auferre conatur gloriam. ne quod
eius peculiare est solus habeat nomen
deitatis sibi soli condignum: ita et a-
uaritia in dei se res extendit. ut si
potest fieri unus et solus creaturam
eius usurpet. quam deus omnibus fecit.
Fs̃. Non. Lectiones
cessamus pro uobis orantes et postu-
lantes ut impleamini agnitione
uoluntatis eius. in omni sapientia
et intellectu spirituali. ut ambuletis
digne deo per omnia placentes. Audiens
apostolus per omnia deuotam ac promptam eorum
circa fidem christi. orat pro eis. ut pro-
pensius agnita uoluntate dei ratio-
nabili ope complerent uoluntatem
quam audita christi fide didicerant.
Ne tamen fida mentis dicatione et
robur fidei dum inconsulte aliquid
atque inperite conficeret. laboris sui
fructum amitteret. Hoc enim liben-
ter accepto fertur quod deuotus sit
animo et prudenter. In omni pati-
entia et longanimitate cum gaudio
gratias agentes deo patri qui uocauit

brarum. et transtulit in regnum filii
claritatis sue. Incrementum operum cor-
cum scientia uult fieri. ut non ignorent
fidei sue spem. Secundum matheum
In illo tempore. Loquente ihesu ad turbas.
ecce princeps unus accessit. et adorauit
eum dicens. Domine. filia mea modo de-
functa est: sed ueni inpone manum
super eam et uiuet. et re[liqua]. Inter omnia
miracula que dominus ihesus christus uel ante
ipsum ostendit in te[mpore] [illegible] tres tan-
tum mortuos resuscitasse legitur.
Resuscitauit filiam archisynagogi
in domo iacentem de qua nunc ser-
mo agitur. resuscitauit filium uidue
extra portam ciuitatis ad sepeliendum
delatum. resuscitauit preterea
et lazarum quatriduanum mor-
tuum. iam fetentem in monumen-
to. Cum ergo omnes in se credentes sal-
uare uenerat in anima. non sine
causa est quod tres tantum mortu-
os resuscitasse legitur in corpore.
Trina namque mortuorum resuscita-
tio. uarietatem significat peccan-
tium. atque post peccatum digne
penitentium. Moritur enim anima
per peccatum. quia sic ait scriptura.
anima que peccauerit ipsa morietur.
Ipsum autem peccatum tribus modis
in mente. tribus perficitur in
corpore. In mente agitur suggesti-
one. delectatione. et consensu.
In corpore aliquando occulte.

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 14, fol. [16]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m557/7123/69845)